




8° P. lat. rec. 446<sup>a</sup>  
(= Cim. 61)


anno. Qui quoniam multum plorabat  
Ostium impici. **Sicut Iustus** ut si  
Dies precestioris manc  
mudi ligni morti: vultusque ihesu  
cum sufficiet enim dño. sūt scrip  
ut cūm lugr dñi. quia omne māstū  
in dñi amēs multū hū dñi dñi in


in terram exsili omo gomus nomine  
in tana reuenit. **A** ducit quod fecerit  
toro et ne puer habet nisi  
singulare quoque finit in ambo  
ut si patruelis confunditur ambo  
in omnibus et confisteret illi




15. + 79

~~Sall Sami & girket Sars~~







8° P. lat. rec. 446<sup>a</sup>

Herold

Pine G

Bibliotheca  
academicæ Ingolstadtæ





# P A N E G Y -

R I C V S

F E R D I N A N D O A V G V -  
S T O R O M . I M P . P . F . P R I N -  
C I P I D E S I D E R A T I S S .

D I C A T U S :

B A S I L I O N O H A N N I N G  
*ne Herold autore.*

M A X . T A R C I C O M A X I M O ,

A D D I T A S :

A D I M P E R A T A C A E S A R E A M  
M a i e s t a t e m O d e g r a t u l a t o r i a g v .  
L I T E R A T U R E R E :  
H E R O I X Y L A N D R I  
A u g u s t a n i s A V T A  
P R I N C I P I C L E N I E N T I S S I M O ,

H I D E I A C D E V O T I O N I S I O A N ,

G O , B A S I L I A S I O A N ,

N E S H E R O L D

M O N U M E N T U M H O C

D . A . D .

B A S I L E A E , P E R I O -  
*annem Oporinum.*

IMP. CAES. FERDINANDO, D.  
PHILIPPI F. MAXIMILIANI NE-  
PO. FRIDENREYCHI PRONEP.  
ERNESTI ABNEP. LVROLDI AT-  
NEP. ALBERTI TRINEPOTI, AL-  
BERTI AVSTRII SOBOLI, RO-  
DOLPHI HABSPVRGII PROPA-  
GINI, P. FA DESIDERATISS. AV-  
GVSTO GETICO MAX. DACICO  
MAX. TVRCICO MAXIMO,  
VIII POP. CHRISTIANI  
IMPERATORI.  
HEROI QVOTQVOT FVERE,  
SVNT AVT ERVNT, OPTIMO;  
PRINCIPI CLEMENTISSIMO,  
FIDEI AC DEVOTIONIS ER-  
GO' BASILIUS IOAN-  
NES HEROLD  
MONUMENTVM HOC

D. D.

OBRAZ. E. S. L. B.  
OBRAZ. E. S. L. B.  
OBRAZ. E. S. L. B.  
OBRAZ. E. S. L. B.

PANE<sup>G</sup>YRICVS  
FERDINANDO AUGU-  
STO. ROM. IMP. P. F. PRIN-  
cipi desideratis. dicatus,  
BASILIO IOHANN E HE-  
rold auctore.



EVM OPT.  
Max. illū qui-  
dem essentia  
unum, perso-  
na uero tri-  
num, omniu-  
rerū esse Prin-  
cipium, idq; sine principio ab o-  
mini eteritate extitisse, AVGV-  
STE IMP. P. F. FERDINI  
NANDE, si omnium seculoru-  
& omnium fermè religionū, de-  
numine, & ruinā seculorū ueritate  
cognitione, aut diuinituq; edicto  
rum hominum traditione non  
adēclarū effet: uel illa tamen  
im A 2 uni-

4 AD FERDINAND. IMP.

unica, & de ineffabili Deitate tua  
persuasione certa, omnium æta-  
tum errores corrigi, societas hu-  
mana hæc nostra & imbui rectè,  
& posteritas exemplo tam illu-  
stri tuo instrui possent: quando-  
quidem sensum tuum iam dudū  
diuinum istud adsecutum esse  
experimentis plurimis cōstet A V-  
G V S T E: illud uero ab hominū  
communi sensu alienissimum  
esset, tam necessariam opinionē,  
non admittere in animum uelle  
tuum, cuius authoritati ac arbi-  
trio, & salus & summa rerum  
magni Dei & hominum destina-  
tis sententijs concredita est. At  
cūm haec tenus hoc in piorum  
omnium opinionē consistent non  
solum, uerum etiam id ratulmat-  
que cōprehensum nostrates hos  
iniu s. A mi-

mines habere uideamus, uidelicet Dei potentia extare cuncta, bonitate subsistere uniuersa, eam que ob ea ipsam appeti ab omnibus: uel parum, uel omnino ratio nis nihil habeatis necesse est, qui fundimur & certi boni nostri finem, in hoc principio collocatum non sentit, cum excellentia & miraculo operum suorum, in maximis, medijs, infimisque rebus, maiestatem ipsum suam ostendat, initium certe nobile, tam benignum in se, uti ex otrà omne contentum (amplectitur siquidem uniuersa) propter se, ultra appetere agnoscatur. Confirmatur autem hæc, ac facilimè probatur, quæ meritò habetur sacra sancta sententia, ex sublimi scripto, quo diuinitatis **CHRISTI**

AD FERDINAND. IMP.

buccinatore egregius, uirgo, Dei  
paræ virginis & sacratissimæ ma-  
tris MARIAE tutor ille, tri-  
plicem mundum nobis depin-  
xit, inquiens: In mundo erat, &  
mundus per ipsum factus est, &  
mundus eum non cognouit. Erat  
certè maximus ac summus ille  
mundus Deus, in uniuersitate re-  
rum, in omni cœlo atque terra,  
in hoc templo, in hoc admirando  
ipsiusmet Dei & hominis domi-  
cilio: inerat illi, inquam, essentia  
illa sua, antequam prouidentia  
divina constitueretur medijs hu-  
ijs siue mundi, siue quo alio vo-  
cabulo exprimi gaudeat, hec ma-  
china & status naturæ uniuersus:  
continebat atq; compræhendea-  
bat enim eum omnē in se: tunc  
ut mente atque consilio illum  
suo

P A N E G Y R I C V S .

suo nunc adprehendit, regit propter se, atque conseruat. Hanc autem mutuam mundorū compaginem, in ipso Deo contentus, <sup>unq̄o</sup> <sup>κόσμος</sup> infimus mundus, homo nempe, non agnouit; postquam euersa illi per serpentem uetera totem ratione, intellectuū, id est spiraculū illud uitæ à Deo inspiratum, uitiatū fuit: donec ad imaginē patris archetypi, per illā ipsam Abrahæ fidem ( quæ credentibus fuit, est, & erit una semper, per Moysis oracula; per Euangelij doctrinam confirmata ) reformatus, ad similitudinem filij per lauacrum regenerationis illuminatus, intelligere coepit, quam arctissimè nobilissimus & supremus mundus, duos illos reliquos complexus sit,

AD FERDINAND. IMP.  
qua potentia illos conseruet &  
regat, quo ardore & amore nu-  
tantes in summa necessitate in-  
stauret atque foueat. Verume-  
ntruere d'antequam poeticum il-  
lud, nanum & inane Chaos, pri-  
usquam quæ rebus corruptibili-  
bus principium darent, peripate-  
ticæ illæ materiæ, formæ finales  
que & agentes causæ cum priua-  
tione excogitarentur, aut Acadæ-  
mie illæ ideæ instrumento ad-  
iungerentur, Omnipotëtis crea-  
toris in se existens diuinitas, col-  
lecta quædam substantia, machi-  
na Deitatis extabat, sacra quidé  
illa, æterna, Maiestas certe tanta,  
quæ nullo adhuc loci, nullo tem-  
poris spacio extante, uniuersa cir-  
cumPLICaret immensa sua & pro-  
pria amplitudine, ipsi medio in-  
fixa

fixa beatitudo, que neque dimen-  
ſu latitudinis inclinaret, neq; lon-  
gitudine in extremis deficeret,  
neq; altitudine excederet uspiā.  
In ipsius namque sapientia, quæ  
In rerum natura formarū exem-  
pla fingunt curiosi homines, ideę  
absconditę conquiscebant, pre-  
teritum ipsum quod nunquam  
extiterat, punctum aliquod prin-  
cipij seu metam, & futurū quod  
inchoandum erat initij momen-  
tum uel terminum præstolaba-  
tur solum æui substantia, cuius  
 simulachrum semper fuit, est &  
erit, quod in numero cernitur,  
principium unum uidelicet illud  
eis, quod Deus est, in solo perpe-  
tuoque presenti, uniforme, impe-  
tabat infinito, absolutū, nullius  
indigens, ex se se aptū, in se se suffi-

A 5 ciens,

ciens, propter sese omnino pulcherrimū, iubilo, gaudio plenū, tale quidem, quale oculorū aurum' ue sensu incomprehensibile, quod cordis mentisq; ratione haec tenus peruestigari potuit nunquam, ac solū in gloriā resuscitatis olim cognitū fiet: cuius essentia cum prestabilior sit, quam mortalis alicuius facultate describi queat, bonitas tamē eius in omnibus sese exerit, ita ut neq; anima tū, neque inanimū ullū, illā ipsam nō ostētare, non celebrare haud possit. Deus namq; aetius ille purus, uniuersus, infinitus & intensius caussa, passius uero & extensius potētiæ expers, omnipotētia sua ex nihilo omnia produxit: ac cū omnis litor ab optimo alienissimus sit, ut optimus omne consti-tuit,

ANEPYRICA      n  
tuit, suiq; similitima, & prout cu-  
iusq; natura esse poterat, cuncta  
beatitudinis capacia effici, ac ma-  
teria quæ nihil boni ex seipso conti-  
nent, prouenire bonum voluit. Itaq;  
ab optimo (qui alio fieri, fas non  
erat) pulcherrimus iste mundus se-  
cundus, primo & ab soluto simili-  
mus, unus rotundus & figura deco-  
rus, ad complexum uniuersi congru-  
is, ex perfectis numeri partibus,  
pari quidem & impari, senarioque  
(licet Deus uno modo potuisse)  
sex diebus perfectus est: non  
quod opifex temporis longitudine  
opus habuerit, sed quod ordini  
numeris sit accommodatissimus;  
& cordo ipse in rebus procreatus  
necessarius, quodque absque ordi-  
ne præclarum nihil appareat. Ex-  
seruit itaq; se, die uno in mundi  
origine intel-

AD FERDINANDI IMP.

intelligentia compræhensio, di-  
uini uerbi imago, & ex fidere  
illo, quod supra cœlum est, ex ue-  
ra, prima atque pura luce, oritur  
ignitus abstractusque substantijs  
perfulgens splendor, discussa iam  
caligine aeris interiectu, qui ua-  
stum illum, desertum ac uanum  
locum, qui inter Lunæ globum  
& nos extat, impleuerat: ne con-  
fusio inter lucem & tenebras ali-  
qua consequi posset. illa enim o-  
mnis & auroræ & uesperæ termi-  
nis, quos iam temporis dimensio  
perfecerat, dirimebatur. Mox fir-  
mamentum effectum est, subli-  
me hoc cœlū, candens, quod tam  
lætum, tam suave, quod primū  
fuit, quod sub aspectum & rerū  
sensum caderet. Iussu diuino  
deinde, sterilis illa aquarum sal-  
sori  
fugo

sugo & amaror, qui mare appellatur, se certit, & terra retentis tatum ad fœcunditatem dulcioribus fluviorum & fontium humoribus irrigua, arida tantè redit, atque uestitur ornatu, colore, odore, fructuq; mirabili, & propagatione quadam subita, Statim quoque architectus illius mundi, fabricatis & impositis simulachris diuinis & pulcher simis, cœlum depingit, sole uidebit, luna, uagis inerrantibusque alijs stellis, quibus quantum una quæque ferre poterat, tantum lu minis indidit: atque ad dies, noctes, menses, annos distinguendos, certas temporum uicissitudines. Insignibus, & eximio decore ita cœlo exornato, illustrataq; terra, animalia primò in aqua,

paulo

paulo post in aere formantur: de  
inde etiam terra iumenta & bestias  
suas iussa producere; secundum  
mundum primus ille mundus absol-  
uit: Hoc figurae unius creatoris,  
FERDINANDI AVG. IMP.  
ut ob id sacrosanctum maiestatis  
& horroris plenum est, quod solius  
omnipotentis Dei mente forma  
illius primi comprehendi potue-  
rint, atque ex ijs illud intelligentia  
conceptum constitui: sic necesse est  
ac consentaneum plurimum illud ha-  
bere admirationis, postquam ad  
primi exemplarum absolutum, & sensi-  
bus percipi potest, & pulchritudi-  
ne eximia omniu[m] metes suauiter  
allicere. specim[en] certum ineffabilis  
potentie & amplitudinis Dei, testi-  
monium uero apertissimo benigni-  
tatis diuinae & amoris erga huma-  
num

nū genus, quod cūm mēte & in-  
telligentia cōdonare, quodāmo-  
do cognatū sibi efficere Deus vel  
let, nō prius procreauit, quām sa-  
piētē & prouidētię suę inuentis,  
machinā hanc omnib. sui parti-  
bus absolutā & perfectā præpa-  
rasset, theatrumq; cōstituisset in  
structissimū, quo reciperet anjo-  
mal hoc sibi amicissimū & con-  
iunctissimū: id summi opere cu-  
rans, ne homini decesset aliquid  
cōm ad uiuendum, tum ad bene-  
uiuēdum, opportunū aut neces-  
sarium; quorū illud affluentia &  
copia rerū, alterum contéplatio  
cœlestium abundē illi suppedita-  
bat. Suberat quoque alia dūssal;  
quod post alias res uniuersas, pa-  
rens & effector uniuersi Deus, il-  
lī creauerit, nempe quod homo  
cauiliu-

simul-

16 AD F E R D I N A N D . I M P.  
simulatque editus esset, Dei beni-  
gnitatem erga se, & summum a-  
morem eius sentiret ac compre-  
henderet, quando omnia subli-  
dia uiuendi felicissimè sibi, poste-  
risque omnibus suis parata uide-  
ret, & usum eorum absq[ue] ulla  
molestia aut labore ullo sibi con-  
cessum: ob idque unum summa-  
er rerum abundantiam contigis-  
se, ut illam omnihi benefactori  
Deo acceptam referret, ac ex eo  
laudaret, redamaret, uenerare-  
turque Dominum tam clemen-  
tem. Postremò, cum sapientia il-  
la diuina, operum suorum initio  
ex nihilo creasset cœlū, quod in  
illis rebus quæ ex elementorum  
substatijs purissimis, omni quali-  
tate intericerant gravitatis sema-  
ta, (quandiu dignissima voluntati id  
-lum) uisum

uisum fuerit) corruptione carēt,  
& sensibus percipiūtur, pulcher-  
timū perfec̄tissimumque ha-  
betur: in fine uerò hominem ca-  
ducarum rerum optimum, ob id  
maximè efformare uoluit ex li-  
mo terræ, non solum ut res cla-  
rissimas æquè, ac sibi charissi-  
mas, excellenti principio & ter-  
mino eximio conglutinaret: ue-  
rūm etiā, ut hominē in huius or-  
bis theatrū regem quendā intro-  
duceret, & tertium hunc mino-  
rem mundum adeò admirabi-  
lem includeret & exhiberet, con-  
spectu ipso tam augustū, ut eum  
uereretur, ac cœu Dominū suū  
obseruaret, omne quod anima  
mortali præditum, uegetatiua  
aut sensitiva tantum, aut amba-  
bus ijs cum motiuapotentia ute-

B retur.

retur. quandoquidem hic unus,  
anima immortali, tribus illis po-  
tentijs, & quarta quoq; quæ dici  
nissima ac geniorum intellectu  
l paululum inferior est, ratione  
uidelicet, excelleret. Cōstat nam  
que id ex sacro sancta & uera de-  
diuinis r̄ibus persuasione, ac ex  
profana historia notissimum est,  
Deum factorem omnium, in hu-  
ius unius Microcosmi creatione,  
& uerbi & spiritus communem  
operam adhibuisse, quam diuinā  
eandemque cum euocante uni-  
tam essentiam, & si antequam  
fundamenta iacerentur uniuers-  
itæ fabricæ quæ hominem præ-  
cesserat, extitisse nemo dubitat,  
tamen eam à Moſe huic opificio  
totam institisse magno mysterio  
proditum est. quo condito-

ris imago, ad quam ipsum crea-  
tum destinato Dei consilio, idem  
author indicat, tanto clarior &  
trina appareret. Consimili ratio-  
ne uniuersa alia ex nihilo, hunc  
unum ex materia extante, limo  
videlicet terræ procreatū affir-  
mans, ut miraculum in omni na-  
tura excellentissimum exprime-  
ret. Habet etenim unus homo,  
quibus intellectualem, cœlestem  
& corruptibilem mundum re-  
præsentet, in capite siquidem co-  
gnitionis, in pectore motus, in ge-  
nitalibus procreationis fontem,  
et quod nemo satis admirari  
potest, mortalis ipse diuinis af-  
ficitur, & diuinus inficitur mor-  
talibus. Aequatur superis mente  
illustri, præfectur animalibus ra-  
tione prudēti, sensu memoria

ac spe & præsentia & futura ac  
præterita cōpletebitur. Præcellit  
cætera creata omnia in multis  
quæ solus habet, excellit in ijs  
quæ cum alijs illi cōmunia sunt.  
Fauent cœlestia, mācipantur ter-  
restria tanto regi, intus immorta-  
litate perarmato, foris exornato  
miranda compagine, & fatelli-  
tio uirtutum tutissimo stipato.  
At qui tantus ille, tamq; diuinus,  
mox impetus inuidia iniuncti,  
deceptus imprudentia consor-  
tis, gloriolæ fuso elatus, non so-  
lum uerum honorem, quem ha-  
bebat, obliuioni tradidit: sed &  
vitium, quo carebat, statim con-  
traxit: tale equidem, quo ipse,  
quo posteri, brutis assimiles red-  
derentur: & quod auditu est,  
quod dictu horrendū, contami-  
nare.

naretur omnis creatura, factori-  
que uniuersitatis ipsum opificiū  
adeò inuisum redderetur, ut uel  
candore fulgens supernus orbis  
in illius conspectu irminūdus es-  
set. Fuit namque, fuit sacro com-  
missum illud inexpiable, tam a-  
trex, quod uniuersitatis natu-  
ra lustrari nequiret, placari tan-  
tum opificis sanguine potuerit:  
ac, ô miram Dei clementiam, in  
carnati uerbi sacrificio & macta-  
tione procuratō fit. Hæc autem  
omnia FERDINANDE P. F.  
AVGVSTE, omni notione lon-  
gè maiora ac præstabiliora, meæ  
infantiae mihi conscius, facilimè  
silentio transijssem: at pietatis a-  
more supra uires nō nihil auden-  
dum duxi, atque in hoc pro mul-  
ti pauca adducere, ut ab initio

B 3 huius

huius meæ orationis ostéderem,  
immensam illam Dei potentia,  
inexhausta bonitate sua huma-  
num genus ab initio amplexa-  
tam fuisse, quam etiam hoc tuo  
desideratissimo Imperio, id refo-  
cillare omnino & recreare vide-  
mus, rebusq; desperatis opportu-  
nè succurrere. Nam quòd recon-  
ciliati Deo, quòd adoptati cohæ-  
redes C H R I S T I, in communi-  
onem supernorum ciuium rece-  
pti sumus, id ei soli gratum acce-  
ptumque referendum esse, inax-  
istabilis beneficij magnitudo  
docet, & gloriæ genus indicat,  
cuiusmodi summa & perfectissi-  
ma alij nulli adtribui potest, ac  
quæ nomini eius sola omnis de-  
betur. Veruntamen magnus i-  
ste & in omnibus operib. sanctus

zuid

Deus

Deus noster, semper & ubiq; mi-  
tibiliter operatus est in ipsis suis  
sanctis, quoscunque arcano &  
presenti consilio humanis rebus  
præfecit, nihil enim in illis atte-  
nuare, nihil imminuere solet, at  
opus manus suæ gloriae æternæ  
comendare, & desperatas simul  
res per idem subleuare & erige-  
re intendit. Quippe offensus ma-  
litia & corruptæ carnis via, hu-  
manum genus penitus delere,  
& creaturam suam omnem abo-  
lere prius haud uoluit, quam de-  
stinatae sententiae Noe exime-  
ret, virum, quem iustæ & in-  
nocentis vieæ exemplo & orbis  
instaurati splendore celebrem  
gloriosumq; redderet. Facti-  
one Nemrod exorta, quæ non  
solummodo insidijs contra Sem-

grassabatur, sed turrim facere & cœlo cōiungere aggressa, exinde uim ipsi Deo inferre uelle iam uidebatur, cum subito & uario & inadsueto sermone dispersa, indomito ac effrenato furore, incotumeliam Creatoris creaturā coleret & adoraret, omni diuini & ueri numinis religione abiecta; asserere tunc eam bonus ille Deus uoluit per Abrahā, ipsum que unā pietate & fide omni æta-  
ti clarissimum ostendere. Huius progeniem cum cœlesti suo fauore, ad infinitatem innumerabilem produxisset, gloria & dignitate auētam adeò, ut omnium societatum, nulla illi in toto orbe charior appareret: Aegyptitamē impotenti tyrannide & crudelissimo dominatu coerceri can-

dem

dem pertulit, & premi: donec e-  
languentibus & omni salute de-  
stitutis, rubi ardoris inconsueto  
igne obstupefactum & cunetan-  
tem Mosen, signorum uirtute in-  
structissimum præficeret, qui crue-  
nti regis, magorum malefico-  
rum, furentis elementi, rubri ui-  
delicet maris uictor, incolumes  
suos, cum hostium omnium exi-  
tio, ex dira seruitute in libertate  
educeret. Verum cibo coelesti fa-  
ginata, legibus diuinis imbuta  
gens, diuinis aquis, auerfa nocte,  
die prolato, in regionem omniū  
sub sole fertilissimam & tempe-  
ratissimā immissa, quoties pro-  
fana ac externa societate corru-  
pta, contaminata ritu sacrilego,  
& idolorum cultu, ingrata Deo,  
à Mesopotamia, Chananorum,

B 5 Ma-

Madianitarū, Amalechitarū, Al-  
lophylō regulis subiecta fuit & ex-  
mendata acerbissimè. Exercuit  
certè diuina ira peruiçaces istos  
sæpius, exterruit reatus sibi cōsci-  
os, salutis spem omnem criminis  
pōdus exempta cōfidentia obceca-  
tis: at has calamitates omnes, bo-  
nitate propria placatus Deus tan-  
dē depulit, quādo hī resipiscerāt,  
quādo illi uisum fuit, Othonieles,  
Gedeones, Sāsones, &c deficiētib.  
uiris ducib. Debboras fœminas  
excitare, uirtute, potentia & for-  
titudine diuina armatas, eternita-  
ti & sempiternè memorię sacra-  
tas. *βλασφημία*, Goliath ipsa diuini-  
tas perferre potuit, probra susti-  
nere & præsens exitiū expauescere  
populū electū oportuit, regē a  
Deo unctū male quoq; audire, ut  
uir-

uirga & quinq; lapidibus puer, pa  
stor Dauid, ex Dei hoste opima  
spolia referret, ut imperiū conde  
ret, cui uni regnum illud cœlestē,  
etiam sacris oraculis comparatur:  
aliud uero nullū æquiparari un  
quā potuit, gratia & donorū diui  
norum ornatū. Abiectissimę cō  
ditionis & improbitate Medorū  
depressi erant Persae, quando di  
uino instituto, Cyrus deuicto a  
ño Astyage, monarchiā orbis al  
teram condidit. Attica exactio  
nibus Minois exhaustiebatur, fœ  
dabatur latrocinijs, deuastabatur  
secessionibus tota, naectura iam  
Theseum, qui fundaret Remp.  
Atheniensem, oculum non dico  
Græcię, sed uniuersi mudi huius  
preclarissimum lumen. Amulius  
multa superbè, plurima iniustè

age-

agebat, donec eterno consilio ur  
bis æternæ author Romulus in  
clarefceret. Iam Persæ & Græ  
ciæ & omni Asiæ grauiores in  
cumbebant, cum instauratore  
morientis libertatis & domitor  
ſeuæ tyrānidis Alexander e coelo  
delabi uifus est. Ruebat uiribus  
proprijs ipsa Roma, cum Imperij  
huius ſacrosancti conditor, Thu  
rinus ille cathena aurea demis  
ſus, nutantem ac paucorum libi  
dine & ambitione orbis hanc ma  
chinam ſconquaffatam, pace &  
tranquillitate mira ſtabiliuit.  
Perſecutionum atq; periculorū  
exempla proponi, aut comme  
morari omnia haud poffunt, qui  
bus qui CHRISTO nomen de  
derant, exercebantur, cum ſu  
positus ille magus Maxentius, oc  
ciden-

cidentalem mundi plagam, ori-  
entalem uero ignarus literarum  
& hostis Licinius, incubarent, la-  
nistæ immanissimi duo : tamen  
Constantinus pietate uare Ma-  
gnum, instinctu diuinitatis Reimp.  
Christianæ ultus est, eamq; ex mi-  
nima maximâ fecit. Plenior nun-  
quam fuit inimicorum natio ul-  
la quam hæc nostra Germania.  
eam etenim sepius inuasit ferme  
cūcta barbaries, at Caroli, Otho-  
nes, Rudolphi, Fridenrychi,  
Henrichi, homines patriæ aman-  
tissimi, ut multo sanguine pro fa-  
lute illius propugnarunt, ita etiā  
virtutis suæ monumentū & me-  
moriām sempiternā posteris re-  
liquebant. At quid opus est supe-  
riorum ætatum exempla an-  
tiæ colligere, aut ab alia ulla stir-  
pe

pe petere uelle cum tantæ gratiæ  
Dei, tantæ uirtutis & gloriæ ny-  
per apud te ð AVGVSTE P.F.  
imago quedam & illa domestica  
inclaruerit PRINCEPS ille IV-  
VENTVTIS FERDINAN-  
DVS F. tuus. testantur hoc tem-  
pla atq; delubra diuorum, muri  
& tecta urbium, sedes, foci priu-  
torum, uita & spiritus omnis qui  
in Pannonijs adhuc uiget & re-  
uiuiscit, denuò fatetur, ut im-  
pij & truculentissimi hostis ty-  
rannide uniuersa prouincia dele-  
ta penè, & intolerabili conditio-  
ne seruitutis quasi extincta, nulli  
hominū in ea nato amplius pro-  
patria habita fuerit, sed potius ac-  
tantum carnificina quedam bar-  
bari & nebulonis perfidi. Post  
quam uero destinatio Dei consi-

P A N E G Y R I C V S .

lio, ac innata pietate, ad hanc de-  
fendēdam nobilissimus Iuuenis  
excitatus, & ingentib. laboribus  
internecioni eam exemit, eiusq;  
loci hominibus possessionē dul-  
cissimæ libertatis, uirtute stabili-  
tam & confirmatam reddidit: o-  
pere preciū est cognoscere, quan-  
tum omnis uniuersitas ingenuo-  
rum, quantum multitudo etiam  
tenuissimorum, & omnium or-  
dinum sodalitas uoluntate, stu-  
dio & uoce consentiant, fixo Dei  
magno cōsilio, & continentī eius  
serum moderatione, plerun-  
que res humanas ad extrema de-  
trudi & impelli, ut omnis salus  
desperatissima sit, præter eam,  
quæ ex alto, cum splendore &  
gloria prouenit eorum, qui in-  
ter cæteros homines diuinitati  
cha-

AD FERDINAND. IMP.  
chariores & quasi gentiles haben-  
tur, ex pietate & uirtute innata  
iudicium certè præclarissimum.  
ac ob id testimonium quasi diui-  
num, quod proficitur ab autho-  
ritate eius prouinciae quæ Chri-  
stianæ Reip. haec tenus propugna-  
culum tutissimum fuit. quapro-  
pter etiam multum gloriae tribu-  
ere uidetur, & mortali Principi  
immortalitatem addere: supra  
fructum, qui illi ex conscientia  
pulcherrimi facti & memoran-  
dæ uictoriæ prouenit. Quoniam  
autem omnino probabilis conie-  
cta, & ratio huius gentis uera  
apparet, hanc meam disputatio-  
nem non parum confirmare ui-  
detur, quod res nostri seculi sum-  
ma calamitate, omnium ceterum  
ærumnas superant: salutis uero-

spe

ipe, præteritis ac deploratissimis conditionibus inferiores multò sint, adeò ut ferè de subsidio diuino mali tantò confidentiores & securiores videri possint, quanto ad flagellum Dei perferendum patientia quadam Christiana obfirmatores boni & pij, quorum tamen precibus ut crediderim protrahi tempus illud.

Quo mare, quo tellus, corripitq[ue] regio celi  
Ardeat, & mundi maledicentia laboreat:  
Sic ardentissimis ipsorum uotis annuisse Deum opt. Max. mihi persuadeo, quod amplitudine misericordiae suæ fessis rebus suc currere, & placatior gloriam sacrosancti nominis sui instaurare, eamque afferere denuò æternâ nominis tui commendatione & perillustri uirtute tua

C decre-

54 A D<sup>2</sup> F E R D I N A N D . I M P .

decreuerit: quam certe cumulata  
tam & exaggeratam F E R D I  
N A N D U L A V G V S T E P . P .  
cum ab ipso Deo acceperis eam,  
pietate innata excoluit semper,  
& diuinis gestis approbasti eori  
iudicio, qui & verissimum & ho  
nestissimum gracissimarum ac  
pulcherrimarum rerum iudicium  
habent. Dicamus ne, & magno  
Reip. dolore proferam eiusmodi  
aliquid, quod magis propter no  
stræ gentis ab origine propriam,  
& ab omnibus historijs celebra  
tam pietatem, integritatem & li  
bertatem, quam propter peruer  
sitatem quorundam incredibilius  
uideri potest: ut summa quidam  
malitia, fictaque sanctitate Ger  
maniam hanc nostram in frau  
de & fationes induxerint, ut cor  
rupte

ruptela omnis generis eneruauerint, ut obscurodominatuexhauferint, quæ nulla impietate ab integritate deiici, labore nullo defatigari, in famulatum nulla ui unquam pertrahi potuit? Addamne hoc quoq; quod nemo corū hominū qui ante nos uixerūt futurū credidisset, quod ipsi met stupidi omnino nō sentire uidemur, quod nulla posteritas pro uero admittet: in tanta nimirū oraculorum & omnis literaturæ opulentia, qua cœlestib[us] beneficio supramus uniuersa omnium linguarum præsidia, quæcunq; omni eritate alijs nationib[us] accessere, tam turpiter egere nos atq; inopes esse eius ornatus, quæ ipse adferūt litteræ, cū fidei soliditatē, firmitudine spei, & charitatis Christianæ.

C 2 te-

56 AD FERDINAND. IMP.  
teneritatem expoliunt: dum e-  
contrâ abuti ipsis & ingenium  
prodigere solemus ad oppugnâ-  
dam ueritatem, affligendam con-  
scientiam & cœuellendam socie-  
tatem humanam, in hocque im-  
piè laborare, ut tam preclaro Dei  
dono, per has impietatis sordes,  
& detestandam ambitionem re-  
condamus nobis & accumule-  
mus thesaurū iræ diuinæ, quam  
in summa rerum copia, miseria  
illa, in tranquillitate, animorum  
horrenda angustia, & pressa in  
omnibus impura licentia, cæcis  
nobis, & ò nimium cæcis osten-  
dere satis nequit: huic inquam,  
huic prægraui & universitati  
rerum uerendæ piorum preces  
interponere atque obijcere se au-  
sæ fuerunt, eamque auertere im-

mi-

minentem. At ita Deo reconciliatam Rempub. non item CAROLVS frater tuus AVGVSTVS sustinere amplius posse sibi persuadere uoluit, licet ipsa fatis rebus adesse aliquando coegerisse uidetur, & tanti imperij conditor alter merito dici possit, qui edomitis illis cognitis tribus orbis partibus, quartam quan- dam eamque seculis praeteritis inauditam adiecerit, exanclato labore multo, quo uiribus exhausos, animi consilio diuino & effaci ei deesse noluit. Abdicato namque spote imperio, praeterito filio unico, eo que uera & magnanimi patris idea excelso, uictor iam suijpsius, uictor affectio nis paternae, sola admiratione tui uictus, cum homini mortali aliij

C 3 (quan-

AD FERDINAND. IMP.  
quandoquidem maior illo ipso  
condito orbe inter magnates uix  
numerari possit) molem hanc o-  
mnino nimiam, & pregrauem  
fore: tibi uero diuino Principi,  
etiam maiora nequaquam oneri,  
sed testimonio futura virtutistu-  
æ diuinæ sempiterno iudicauit,  
quando uotis plentissimis & sus-  
fragio ponderatissimo Reip. mo-  
deratorem te diuinabatur. Ec-  
quis igitur non sed unde proue-  
nit, in cœlum usque, hoc tam il-  
lustre CAROLI iudicium fer-  
ret, eius Principis nempè, cuius  
imperiū cum ipso summo Deo  
diuisum quodammodo uidimus  
nuper: quando obseruantia erga  
hunc in terris, paulò minor, aut  
serè par cultui, qui diuinis adhi-  
betur, splendescet? non spre-  
-nusup)      tam

tam à subtilibus, non repulsam  
à grauibus, reijciet immensæ  
virtutis hanc prærogatiuam i-  
gnarus aliquis? Aut sacrofæctis  
oraculis omnem adimbat autho-  
ritatem, aut ordini uniuersita-  
tis uim auferat, aut iuri decus ab-  
roget omne necesse est, qui dif-  
fiteri uelit, se haudi adulanter, i-  
nò peruersi non facere, qui V II  
viris huius Imperij, veræ glo-  
riae diuinæ curam omnem rite  
incumbere, qui Dei decreto,  
naturæ conceptu, principum  
que legibus incolumitatem hu-  
manam illis commendatam es-  
se negat: o cum id constet, ac  
certum sit, omnem, in eundem  
hanc solam eligendi potestatem  
à Deo prouenire, cuius gratia  
est, in altam nasei fortunam,

muriq

C 4 quam

40 AD FERDINAND. IMP.  
quā ordo, siue quo neq; ipse mun-  
dus perduraret, quā leges conser-  
uant & tutātur. grauiissimū itaq;  
sit iudicium etiam eorū oportet  
quib. numē inesse inter mortales  
experimur, quod ex ui, quae sum-  
mo rectori & domino inest pro-  
ficiuntur, eiq; cōsentientēs p̄fensi q;  
instinctu diuino, cōsulere rebus,  
& defendere eas uidetur perspi-  
cuē, sua sponte & libera uolunta-  
te, ad sacrum illud fastigium po-  
testatis diuinæ, te ò AVGUSTE  
P. F. extollendo: quod equidem  
tale est, ut ambigi non possit,  
toto orbis terrarum comitio de-  
claratum esse, te uno excepto,  
qui mutantia Rcp. fata suscipere  
posset, neminem extitisse. Hoc id  
taq; FERDINANDE P. F. DE-  
SIDERATISSIME AVG. pro-  
prium

MIUP

+

C

prī ac immortali uirtuti tuę de-  
bitū destinatumq; imperiū felix,  
magno Dei dono, faustumq; no-  
bis, posteris salubre, iucundissimū  
certè, ac nuncium est lētissi-  
mum, maiorum nostrorum ma-  
nibus, si quid p̄feter diuinitatem  
sapiunt sepultę illorum reliquię:  
cum in eo maximè acquiescant,  
quod sentiant uoluntatem Dei  
ipſam, quam olim cotidianis pre-  
cibus adimpleri exoptabāt, inter-  
ris nūc uigere atq; præualere, tū  
quod pietatem & amorem pa-  
trię quo spiritum traxerunt, eun-  
demq; effuderunt ipsum, in suc-  
cessorum animis infixum, & hæ-  
rere tenacius intelligant. Nec est  
quod aliquis magnitudini rei &  
publicæ lētitiae, dedicato huic  
meo sermoni calumniam aut  
ni

C 5 im-

AD F E R D I N A N D . I M P .  
impedimentū inferat, obiecto stu-  
pore, q̄ contéplatiō diuinę uolun-  
tatis ineffabilē rationē oriri solet;  
aut exuberātiſsimę prudētię Dei  
profunditatē, cui us cōſilia nullo  
uel abſtracto intellectu comprā-  
hēdi, multò minus dijudicari pos-  
ſunt humano ſenu, qui ſeipſum  
fallere ſepiuſ cōſueuit. ſiquidē at-  
tentatione ipſius diuinę ſapiētię,  
exclamātis, Per me reges regnāt,  
per me Principes imperāt, clarissi-  
mum eſt, diuino nutu hoc conti-  
gisse & uolūtate, prout etiam eo-  
rum quorum interfuit de Reip  
bono consulere, quam coniun-  
ctissimas diuinis ac ſolertiffimas  
ipſorum rationes, efficaciffimas  
que fuſſe cōſtabit, ſi uel tantūmo  
do illa corporis & fortunae bona  
perpendere & honorare potiū;

in te ea Dei dona quispiam uelit,  
quibus tu AVGVSTEP. F. D E-  
SIDERATISS. fulges, quām in  
fantiam meam & linguæ rudita-  
tem carpere. Eset sanè, fateor,  
aliorum ætate, dignitate & elo-  
quentia præstantiū virorū, quod  
de his dicēdi præripuisse illis vide-  
or officiū. at animaduertant me  
nō despōdisse animū de reliquis  
animi tui dotib. AVGVSTEP.  
E quo minus suo loco dieam: illa  
ipsa qua silentiū sibi imponi, idq;  
culpa carcere cōtendūt, illa inquā  
excitatus sum magnitudine vir-  
tutū tuarū, fretus quoq; clemētia  
tua, cōfisus auditate honorū qui  
laudes tuas undecimq; profectas  
audire gestiūt, & adductus deuo-  
tione qua maiestatē tam amplā,  
tam augustam tuam prosequor.

Præ-

Præfracto enim, mehercle, ingenio oporteret esse eos, qui lubentius audirent oratione quadam collatata & diffusa exquisitaque doctrina politissima, laudari eos, de quibus an in terris fuerint ambigitur: hoc autem unum expeditissimum habetur, ut obscuris & detestandis natalibus in uitam hanc uenerunt, ita ingenij prauitate sceleratissimis quoque facinoribus eos nomen inuenisse, & studio uanissimo quorundam rhetorum, qui uitia eleuare magilloquentia, quam virtutes uera & concisa laude prosequi maluerent: quorum inanissimam iactantiam æquius est ut ipse declinem, ac ceteris quocunq; ingenio possum exemplum præbeam, quomodo negligēda sint quæ auditu fidem

imminuunt, tu vero FERDIANUS.  
NANDE AVGVSTE PATRI. presens in terris numen & Reipublicae operum  
lumen quibus nominibus probantur  
dus & excolendus. Primitiu*m*u*n*  
taque de tuis natalibus omnibus  
notissimis dicendum erit. In con-  
fesso est, ex gente nostra, qui hol-  
bliissimi haberi doluit, eos genus  
sum ad Fracos referre, id est, ad  
ipsam naturam, quae per se libera  
est & fuit semper, quod ipso vol-  
cabulo probatur. Ex Aborigini-  
bus enim, quos solos Germania  
habet nunc, Francis, id est liberis,  
qui principatum deferat nemo  
et omnibus enim sunt praestan-  
tores ac omni tempore ut in ho-  
dienum die*m* sunt celebratissi-  
mi. His autem neque; Tuiscon, neque  
Mannus pater aut rex fuit, quod  
fictis

46 AD FERDINANDI M P.  
fictis Annalibus, in conditisque  
carminibus probare, aci nescio  
quoq; prodigioso vocabulorum  
figmento altruere nituntur non  
nulli, hoc sapientiores & graui-  
ores i ipsis Romanis, qui cum  
ludunt & lasciuunt, Pallorem,  
Febrim, Noxas, Floram, Ad-  
cam, propudia, Lauernam, Mutu-  
num, scelera, deos esse, creduli-  
tati superstitione configunt.  
hi tamen Pulchritudini, Experi-  
entiae, Fortitudini &c Bonitati,  
non insulse diuinitatem quan-  
dam tribuunt, linguae ignoratio-  
ne decepti, ubi Thiu Sckonen  
Gæt mannen, Vuandeler & Guo-  
den, forma præclaros, fortitu-  
dine tota compactos, peregrina-  
tionibus exercitos, & bonita-  
te excellentes viros, Dijis ortos  
sißn condi-

conditoresq; gentis appellant.  
Quapropter ut Iouis stirpem ua-  
nam, ut Herculis propaginem  
incertam mittantur, certe qui  
Aeacidarū, qui Alcīquādū genus  
celebrare videntur, nonnos ho-  
mīnes, eosq; paipaucos, qui-  
dem, à pietate, à fortitudine, ia-  
ctatione uerborum magna com-  
mendant, cūm unica appellā-  
tione Teutoni, Vandalī, Alle-  
manni, Germanni ruel Gothi,  
non unam personam, sed indi-  
genarum innumerabilem quan-  
dam multitudinē uirtute excel-  
lētem expriment. In aliorum fa-  
milijs reperiuntur, qui maxima  
laude, qui minori vehūtur: horū  
antē gloria patet atq; ingens est, ubi  
que floret, quancunque ad or-  
bis plagam te conuertas, cœlum  
ipsum

ipsum ac cœlitum sedes occupat  
magno numero. Nobilitatis do-  
cumentum habet, quod externa-  
rum gentium illusione nunquam  
commixta, ipsiis uero, cum cate-  
ris posterioribus permixtis,  
deferatur, quicquid excellit, quic-  
quid extat inter homines. hodie  
præclari: pietatis testimonium il-  
lis exhibent, admiranda in orbe  
templa & delubra: æquitatem i-  
psorum astruunt. Res publicæ fe-  
liciter institute: ostendunt inge-  
nium urbes, præsidia inuita, ui-  
res prouincie, regna, imperia co-  
stituta, trophaea, omnium aliarum  
gentium calcatus fastus. Tantam  
igitur tu ð A V G V S T E P. E. in-  
ter homines, à tuis maioribus re-  
cepisti claritatem, quantam ne-  
mo aliis, quantam sol inter side-  
muli

ra ha-

bet siue patris à quo generatus,  
siue matris ex qua natus es, quis  
rituari uelit stemma. Hinc enim  
Harpones, Gunthramos, Rapo-  
tos, Rodolphos, Albertos: illinc  
Alaricos, Pelagios, Garbias, Ray-  
mundos Berengarios, Ferdinandos, ipsa  
& ingens aliquid ferentes audiet,  
factis Burgundiacæ & Gothicæ  
familiæ, inter Francos præclaræ  
geatis fulmina experietur, uerós  
que eos & genuinos stirpis tuęau-  
thores & instauratores inueniet,  
quibus & ficta & uera omnis o-  
mnium ætatum gentilitas, uetu-  
state, gloria & imperio cedit. Iam  
si de parentibus ipsis dicendum  
nobis esset, quem cumulū, quam  
honoris & laudis struem agge-  
rere ingenio aliquo prædictus pos-

Dicitur set?

50 AD FERDINAND. IMP.  
set? Augusti Diui MAXIMILIA  
NI sanctissimi imperatoris filius,  
AVGG. genitor ac orbis deli-  
ciæ quondam PHI LIPPVS pa-  
ter tuus, Regis gener, & tot regū  
socius: IOHANNA, fide coniu-  
gij exemplar æternum, genitrix  
tua, tot regnorum regina. seriem  
certè progenitorum maiorem,  
atque gnatorum stirpem alto-  
rem adducere posse uidemus, cla-  
rissimam eam, Imperatorum,  
Regum ac Principum enumera-  
tione, quam quæuis alia satis pa-  
tens, & latissima prouincia homi-  
nes hactenus alere potuit. Si uero  
uel patria inter præclara Dei do-  
na poni potest, ut meritò debet,  
tu quidem illustrissimam natus  
es ô AVGVSTE P. F. duplacen-  
tura, iure cōmunem, atq; ad eō  
unam.

unam. E quidē in libera hac Fran-  
cia, uel si maius nobilissima Ger-  
mania satus, in Hispania terrarū  
optimis semper praelata, in urbe  
quā hæc inter tot illustres habet  
omniū nobilissimā, in lucē editus  
es. in illa nempē, quæ ad Riuum-  
seccū oppidū, in cāpo Gothorū  
nominatissimo sita, Methymna  
vocatur, uetusiss. Ebuleorū fo-  
rū, & toto orbe notiss. emporiū,  
mercatorib. propter preciosissi-  
ma oīnis generis mercimonia,  
propter Lusitanorū aromata, re-  
fertissimū & celebratissimū quę  
cum reliquas regni urbes liberta-  
te propria uincat, nullis neq; pōti-  
ficijs neq; regijs officijs pregrauia-  
ta, ipsam Hispaniam omnem  
pīs Principibus fœcundam re-  
giam natalibus uincit & superat

AD F E R D I N A N D . I M P .

multorum una natale solū. Con-

A me Chri-  
sti 1503.

tigit autem te nasci eo ipso anno,  
quo ambitiosissima ueteroris  
senis indulgentia , deprauati &  
spurcissimi prædonis crudeli-  
tate,in consulta successoris tem-  
ritate Alexādri illud glriosum  
Cæfaris augustum, & Iulij ama-  
bile nomen indignissimè non fa-  
dabatur solum uerum etiam Ro-  
ma atq; totus orbis, cuius ipsa o-  
lim caput & domina, dilacerabi-  
tur,atque tot sceleribus cōtami-  
nabatur,ut ipsum uitium in pre-  
cipiti stare,atque omnis virtutis  
excidium imminere faterentur  
tam iij qui nomen dederat,quam  
illi qui abhorrebant, & nostrarū  
facinoribus nefandissimis cor-  
tidie alienabantur à C H R I S T I  
religione. Eapropter cūm uocē

illæ

illas obscuriores, quæ emanarūt,  
cūm omina & uaticinia quæ de  
conceptu tuo omni fide, omni  
humana sorte maiora circūlata  
tunc, & in omnium ore fuisse  
audio, minus profero: omittere  
me illa, ob id nunquam credi ue  
lim, quod silentio hoc meo alio  
rum asseverationem infringere  
coner: sed quod unum hoc, quod  
in plurimorum adhuc conscienc  
ia, in eterna historia uiget, de cœ  
lo profectum testimonium cer  
tum atque clarum satis existimé,  
ad probandam necessitatem or  
tus tui: sanguineas uidelicet illas  
cruces, quibus tūc largè pluebat  
ad dñm, cruento mēhercle indicio,  
la defactaræ persuasionis nostræ,  
& oppressæ Republicæ: cuius in  
tautorem oriri oportere, eoq;

D 3 con-

continentibus piorum uotis exo-  
 ptatum & desideratiissimum te-  
 natum esse intelligerent homi-  
 nes, afficerenturque summo gau-  
 Mense Mar-  
 tio.  
 dio, illo mense quo publicæ salu-  
 tis & incarnati Verbi nuncium  
 olim mundi lætitia innotuit: ea  
 quoq; ac tam præclara die, virtu-  
 tibus tuis peculiari & destinat,  
 quia in fastis, nullius usquam gen-  
 tis, nullius homini, nullius rei in-  
 signior extat memoria, quam si-  
 VI. EID. 12  
 10 Pomeri-  
 diana.  
 nmul cum illamet nativitatis tuae  
 hora, benignū illud Iouis astrū no-  
 taret & insigniret, adē ut apud  
 eos qui constitutionib. cœli & su-  
 pernis qirib. in inferiora influen-  
 tibus res metuntur, gravissimū  
 pondus & magnam vim autho-  
 ritatis habere uideretur, tristia il-  
 la omnia in lætitiam solidam ver-  
 sora.

sura. Iam dignitas uultus, uera  
Austriacæ prosapiæ imago ue-  
nusta tua, ac membrorum decēs  
compago, & si inter dona exter-  
na fragilissimum omnium ha-  
beatur, certè ab omnibus tamen  
illud appeti haud ab re uidemus,  
& laudari. siquidem in unico eo,  
quo sibi æuitemus & huius pul-  
chritudinis cœlestis & terrestris,  
qui intuemur, pulcherrimus cō-  
ditor cōplacuit, in IESV CHRI-  
STO filio, speciem ipsa laudat  
scriptura, eam qua filios homi-  
num excellebat. Et contem-  
platio quidem illa intellectui so-  
la incumbens, pulchrum tan-  
tim amplectitur & admiratur,  
cū illud quod neque lubricum,  
neq; exitiosum, neque flagitio-  
sum unquam sit, quod non ad in-

¶ AD FERDINAND. IMP.  
fortunium, nunquam in calamiti-  
tates deducat, in paenitentiam  
non præcipitet, conferat autem  
ad felicitatem permultum. quo-  
niam rarissimè ac si unquam in  
terra ueretur, non alibi magis  
quam in homine ueretur: eo ue-  
rò absolutissimo ac maximo affi-  
ni ipsi pulchro, id est gratiæ, qua-  
substractis & separatis substanti-  
tis particeps, radio Dei illustrata  
per animum & corpus hominis  
diffunditur, & ratione uisus audi-  
tusque animos mouet atque de-  
lecat, delectando rapit, rapien-  
do ardenti inflamat amore. Qua-  
propter & apiculas natura ipsa  
opibus atque animi robore con-  
firmatus, imagine pietatis cau-  
fas justi belluuenatur, certissimi  
& secundis omnino votis, qui  
honesto religionis tuenda pra-  
textu, & ambitio & audacia  
septatoribus auxiliatoribusque  
haud careat, & ubique fucata  
pietatis scitus splendor, suffrage-  
tur: quo sit, ut aliquo inclemen-  
tiori fato, ingenio, opibus artibus  
que alias excellentiissime huic se-  
culo, ea que ad posteros perma-  
nare

nare debeat, infamia æterni dif-  
fidij ceu propria ac peculiaris ob-  
tigisse, haud iniuria æstimari pos-  
sit. Hæc tāta equidem sacrilegia,  
quib. modis expiarētur & lustra-  
rentur, quod ueræ pietatis mu-  
nus est, omni cura hactenus insti-  
tisti, ac semper in uigilasti: in con-  
silio adscitis optimis quibusq;  
ac doctissimis uiris, qui collocuti  
onibus dissertationibusque, gra-  
uiores scripturæ sententias inue-  
stigarent, scrutarentur, & popu-  
lo sincerè interpretarentur, quæ  
perperam à multis & ambigua  
solutione contorta, Christiani a-  
moris nexus & uinculum dissol-  
uerent: incepto hoc tibi unum  
maxime decorum, & exitu ma-  
gnificum fore arbitrans, si ad  
diuinas leges reuocares, quæ ab

H Apo-

Apostolorū ac primę piorū con-  
gregationis ritib. defecissent infa-  
no sensu, abusu aut prēuaricatio-  
ne. hac nāq; prēcipua et illustri ra-  
tione ad pietatis uerā gloriam, ad  
publicę salutis & assertę sanę per-  
suasionis nomē peruenire te pos-  
se persuasum habes, cū etiā à tene-  
ris, omni orbis imperio, Christi  
regnū prēferendū esse didiceris,  
idque primò quærendum, cuius  
etiam cauſa negotij tanti onus  
nullum recusare hodie uideris,  
labores tolerare ingentes, & ple-  
na manu sumptus incredibiles in-  
id profundere. Neque diu carbit  
ſuo fructu, quo floret pietas, illa  
enim columbina synceritate, ut  
bonis a deſſe ſolet, ſic ſerpentis  
ſapientiam malis admifcat, ne  
ſimplicitas dementetur, aut de-

prauetur prudentia Christiana.  
In eo itaque diro insanoque CAROLI fratris & Germanorum  
dissidio, quod impio luore ad in-  
testinam perniciem conuersum,  
& opibus ingentib. patriā, & uiui  
de virtutis hominibus, magno  
numero exhausit, nōnne cōter-  
natis nobis omnib. & perituris,  
cōfilia tua ceu cōelo prolapsa ora  
cula, subitō & auspicatō cecide-  
re? Nōnne omniū planē uolunta-  
tes, omniū uota, ad nutus tuos tā  
quā ad summū imperiū cōuersa,  
ingenti demū tuo iudicio termi-  
nata sunt? Testis est Abnouuius  
fluvius, testis & Oenus, qui eo lo-  
cū, ubi cōiunguntur, reconciliatæ  
Germaniae gratulatione excre-  
uisse dicuntur tunc, ac limpidissi-  
mi, redundantiores lātioriā; de-

H 2 fluxu

fluxu præter solitum in Pontem  
se effudisse, quasi uirtutis tuae &  
consummati operis nunciū de-  
ferrent: sed horroris plenum in  
modica spe ebrio, nec gloriae ma-  
gnitudine explebili tyranno, qui  
attritam seditione & intestino  
uulnere languentem, auido iam  
hauserat animo atque oculis cru-  
entis. At ipsum cœleste munus  
Magnus ille Deus mortalibus de-  
dit, quod ad comprehendendum  
impudentissimi latronis insan-  
iam, mira prorsus tua & semi-  
terna laude effulsit, & pacauit se-  
do tumultu insanam. Testes de-  
inde sunt & Visurgis & Moga-  
nus, prodigiosa nobilitatis clade  
& fuga, quibus funestius à multis  
seculis nihil sensit Germanorum  
ingenuitas, uictoria uero tua nil

præclarus, quando armis ciues  
defendere uisus es, & seruare,  
quos alij perditos uolebāt: quan-  
do patriæ ijs pacem inferre, qui-  
bus alij subiugatae erexerunt tro-  
pheia, nequaquam hoc paria tuo,  
quo speciosius aut opimius, erigi  
abullo potuisset unquam nullum.  
id enim humanitate, moderatio-  
ne, &c æquitatis ratione acquisi-  
tum, sanctissimum apud gentes.  
nomen tibi peperit, ut meritò  
PATER PATRIAE ab omni-  
bus dicaris. Hos autem tantos la-  
bores non priuati ocij cauilla su-  
scipisse te, sed cumulasse tibi ipsi  
Reip. trāquillitatis ergo, quis ne-  
sat? deniq; ex omnib. eius admi-  
nistrandę generib. præstatiſſimas  
rationes selegisse, quib. Spartani  
tuam ornares. Quis enim cultu-

AD FERDINAND. IMP.

& amore multitudinis te huma-  
nior? est enim pietati tuæ, prudé-  
tię & fortitudini inuidę, clemen-  
tia quædā, seueritati coniuncta,  
quæ inuidiæ & odij omnino ex-  
pers. inest tibi sine dedecore co-  
mitas, à fastu omni alienissima di-  
gnitas. quis in politia maioris poli-  
tie? tu enim nō in ocio ignavi pos-  
tus, uel legū uel aliarū rerū (quas  
nōnūquā tui curatores molestif-  
simas putat) spernis curas, singu-  
los ciues, singula officia in nume-  
rato habes atq; in promptu: nihil  
mali anteueriti tibi potest, boni tu  
nihil ignorare potes, à nullo dece-  
ptus, tua cōscientia decognitis et  
alienis iudicas. quod si regium est  
feliciter gubernare, quē aut uete-  
rū aut nouorū nō excellis tuipse,  
cū beatitudinē regni tui ipsa de-

mon-

mōstret Philosophia, qua ipse claus es, et qua quā tibi à cōfilijs sunt  
uniuersi pollent: omnē certè ex-  
ternorū de hactua gubernatione  
felici opinione, licet maxima sit,  
omnē tamē, inquā, vincit confesi-  
sio ciuiū tuorū qua se fortunatissi-  
mos tali domino prēdicat. quod  
etiam evidenter. certissimumq; si-  
gnū est et in orū eē sanctitatis tuę  
ducet in eo, quod cōplures ex o-  
mnibus orbis partibus, opam &  
honestissimi viri, reflecta ea, quae  
iplos protulit patria sede, liberas  
urbes, magnas dominationis prē-  
fidia, in cliētelam tuā se coniecc-  
rū, humanitatē & æquitatis tuę  
laude correpti, fama omnia ex-  
pertimaiora. Innumeros recēse-  
re operosum, patet & neque ope-  
rare p̄cū puto, cum domesticis

AD FERDINAND. IMP.  
præter decus regium nihil dene-  
ges, & regia tua cunctis qui inge-  
nio ualent, & præsertim inqua-  
fortuna iactatis, illustre atq; libe-  
rale sibi hospitiū. Irrūpam tādem  
in ipsam aulā tuam AVGVSTE  
Palī. Enī quæ uel Louis alitem, uel  
Asclepij serpenterū acutissi-  
mam nūquā invērtatur, cum &  
uitio non laboreret, & exemplo  
tuo compōsta, universum orbē  
decere suo perstringere possit.  
Ecquas autem alia ratione, tua for-  
licitas hæc enumerari posset, aut  
dilucidius ostendi, quām unico  
quod paulo pōst dicam uerbo, si  
cet dixerim iam, quæ nullo mo-  
do superasunt Heroes ab omni-  
bus dilaudati, neque ad æquarū  
semidei illi, quos facundia inani-  
potens Græcia, cœlo inuexitne-

sc̄tq

+ H

que

que expressit ueterum, aut imita-  
ti potest recentiorum aliquis,  
qui immortalitatem uirtute pe-  
perisse sibi uisi sunt. Quæ singu-  
lare cum accuratius expendo, ma-  
ximum illud mihi uidetur, quod  
nella pars felicitatis tibi defue-  
rit inquam, siue nascenti, siue ui-  
tendi; quæ cum in militum ali-  
quo Imperatore requiratur an-  
no nonne in orbis Augusto tam  
divina quam necessaria est? O  
Eidus gemmeas, siue pridianas  
sunt Martias apses numeremus.  
Enimvero ut Martiano antece-  
sori duo AVGVSTI, Attilæ Ha-  
geli Dei arcus totus cohfractus  
apparet: sic delirantis ac flagitio  
scimilatronis, uetuli Solyma-  
niandacia omnis aperte contri-  
ta acque compressa est, cum ijs te-

H 5 Au-

Augustum enunciatum esse audi-  
tum, atq; à superis ipsis datū fuit,  
ut neque Hebræi sœuentis Ama-  
nis cladē euaserint uerius, quam  
illa ipsa die iugum barbarorum  
omnium, Christiani excusserūt.  
Inducatur nunc parricidij infamia . cum enim neque genialiū,  
neque consularium , neque tri-  
umphalium Romanorū fastos,  
non migrationis Israhelis ex Ac-  
gypto memoriā tam celebrem,  
tam sanctam amplius capiant,  
quanto minus odiosæ cædis Cœ-  
faris recordationem continere  
poterint? Eius dico, non unius  
dici, sed infiniti seculi gloriam  
continentes, & Augusta maiesta-  
te tua insignitæ? Ò annum  
signo, denarijque cubo consu-  
matae perfectæque felicitatis?

sacrata Decadis generatione il-  
lustrem, & L ueræ libertatis i-  
nitio suo , ad IIII finem suum  
iustitiae & plenitudinis exactæ  
maxima atque arcana ui progre-  
dientem. Age ô GERMANIA  
exurge, confurge, insurge & con-  
teplare, quæ tibi, quam magna,  
qualia fecit Dominus. hic sunt le-  
titiæ dies, dies ultiōnis Dei no-  
stri. En annus is est placabilis  
Deo nostro , toties deprædica-  
tus, annus retributionis diuinæ.  
Non uocaberis ultrâ derelicta.  
Euge conculcata diu, & despecta  
gentibus, fœdata caligine mentis  
& dilacerata discordijs, discusso  
mcerore hilarem te nunc præ-  
be ac luentem remissione re-  
atus exonerata , sequere quem  
præfecit ô GERMANIA  
Do-

A D F E R D I N A N D . I M R  
dominus, diuino robore atque  
heroica uirtute confirmatū, Du-  
cem populi Christiani, orbis AV  
G V S T V M : quādoquidem hoc  
ipsum Reip. periculū imminens  
exigere & postulare uidetur, cū  
indies noua odia, ex ueteribus si-  
multatibus sata, radicibus actis,  
sobole propagata, erumpunt, ac  
fructus edunt ambitiosæ immo-  
deratae & cupiditatis: quibus qui  
aluntur, opinionem obstinatæ  
contentionis, ambiguæ fidei, &  
nunquam planè synceri sensis  
appetere: decus patrum atque  
maiorum erga suos quos in oce-  
lis & osculis ferebant, à Deo con-  
stitutos Principes integradeuoti  
ne partum, abijcere non modò,  
sed etiam uesana fēritate defe-  
rere salutem patriæ atq; conte-  
mnerē,

temnere, haud ineptè existimenter. Sentimus quoque, magno bonorum dolore, & rerum summo periculo, acia nonnullis bellicoqui, atq; non obscurè paratios largitionib& astuta profusione illectos tantum non, iam sponte sua irrumpentes nostræ libertatis insidiatores euocare, quapropter nisi fatalis pertinacia, inque dirum Christianæ Reip. casum omnem, obdurati nostri sensus, transuersum nos rapiant, erectis, & in spem inuitis animis, huic nostro adhæreamus necesse est: quod si neglexerimus, luendū erit proculdubio citius, & forsan quam implenatus Deus dissimulare uebit, atrociori piaculo. Nam ut omni decore uirtutum exornatif-

AD FERDINAND. I M P.  
tissimū, gestisq; fœlicis. Principē  
Mosen Israhelis salutarē proposue-  
rat, sic ob calcitrantem, & animo  
ab eo dissidētem populū miserè  
atq; horribiliter perdidit; econ-  
trā uerò ad iussa Saulis paratū e-  
xercitum & uictoria glriosum,  
& spolijs ornatiss. reddidit, impe-  
ratore ipso mandatis suis minus  
obsequente, malorū cumulo ob-  
ruto. Obtinetur enim omne  
quod à Deo emanat bonum, eni-  
xis afflitorū precibus: conserua-  
tur grati animi usu: contemnitur  
præsentissimo exitio & inopina-  
to. Perituri certè sumus ruina pu-  
blica absorpti, nisi exitialis infi-  
niæ, per uicacis & infamis contu-  
maciæ obstinationem deposueri-  
mus, abiectisq;que intestinis armis,  
desertis priuatis rationibus, publi-

cas defendamus. nam ita intem-  
pestiuis & omnino anticipitib. ne-  
gotijs immersi, alieno furori in-  
dulgētes, nōnne seruimus crude-  
litati, honesto decori perficiendi  
belli sacri, pacificādæ & recōcili-  
andæ patriæ occasionē omnē a-  
mittimus? Nōnne Christianę re-  
ligionis defensę & propagatæ titu-  
los Germaniæ, uirtutis & disci-  
plinæ existimationē & constan-  
tiā, neq; auro neq; Romanorū  
uisubactā unquā, ac ab alijs genti-  
bus in uiolatā fidem, pudendo &  
turpissimo latrocinio deturpatā  
prostituimus? Sed querelarū hic  
satis. Cessent uana illa ac sinistra  
omina, faceſſat ueri periculi me-  
tus nō uirilis. Ades enim AVGV  
STE P. F. FERDINAND E prę  
ſens numine tuo, à cœlo ſummo  
egressus,

egressus, & terris donatus à Deo  
opt. max. illi inter mortales simil  
limus Imperator OPTIMVS  
MAXIMVS. Optimus quidem,  
quia exulanter pietatem, rele  
gatam uirtutem postlimini iure  
reducere uideris: extinctas & sup  
pressas literarum bonarum ar  
tes undique excitas: philosophi  
am suspe<sup>c</sup>tam & desp<sup>c</sup>ctam au  
gustali throno collocas: æqui &  
patriæ amantissimus. Maximus  
autem es, quia dum alij in cur  
ribus & in equis confisi, tu in uir  
te Dei exultas, hostium terror:  
atque uirga baculoque Domini  
innixus, pastorem & patrem te  
potius, quam dominum aut re  
gem geris, admonitione, exem  
pto hos ad ueram pietatem reu  
cando, corrigendo licentiac or  
tus

ruptiores. ita assumptus, incep-  
tus à Deo, eius sanctissimi spiri-  
tus oleo inunctus, & manus illius  
auxiliares habet, & confirmat te  
brachium exaltum, quo perfectum  
est, ut tenemo ledere uelit, & qui  
illud tentet, minus possit. Quid  
igitur omniū, quod tanto, quanto  
nemo alius post homines natos  
generis hunc animi ardore diligaris?  
quod nobis omnium fortitudi populi  
brigis, sed omnipotens bonorum &  
mores, tenui uero firmissimo ob-  
sptus, ipsiloni satellitio, non cu-  
stodia corporis, sed ipso Impera-  
torię maiestatis ornatu & horro-  
retutus sis, & nos securiores red-  
das? An' ne inueniendi erunt no-  
bis barbaræ gentis & infidelis  
motus, cum prælietur hic noster  
prælia Domini exercituū? Num

I exti-

extimeſcendus erit finitimus  
tumultus: quandoquidem nemi  
nem gradu ſuo unquam pepule  
rit, qui eieſtos ſolet reſtituere, &  
poterit. Facilime declinabimur  
infidias ſollicitudine & cura hu  
ius noſtri, qui optimum quen  
quam, qui doctissimum conſilijs  
adhibet, uirtutibus bellicis & lau  
de militiae clarissimos familiareſ  
habet. Latrocinia quid nos ter  
rerenſ amplius: quando in ad  
miniftratione innocentissimi, in  
coſortio ſtrenui ſolum huic ad  
haereant. In prouerbio autem  
effe, Animos ſecundis rebus mi  
tari, haud ignoro: tibi uero AV  
GV STE, cui excellenti & per  
fecta uirtute prædicto, uel acru  
ter urgente fortuna, abieciōres  
aut demiſſiores: uel ea abunde ar

ridente, intemperatores aut elatiores nunquam fuere. quia ea quam in alijs mortalib. omnibus, diuini ortua felicitas, eos non dum multarit, quae nam alia mutari possit haud video, ornata equidem magis, quam aucta ista Imperij accessio neest. Mutabutur igitur nunquam at mutabis ipse magno artificio & ingenito temperamento tuo, sine tantum notioris ignominia, malestatis severitatem & rigorem, prosperorum inuidiam, communis parentis officio infringes. O mihi laetitiae publicae exprimendae onus multo grauiissimum! Nam enim quo in maius attolle terminus possim, attonitus me debet magnitudo gaudij, quo omnis sexus, omnis aetas, ipsa celi dementia, terrae ubertas, maris

AD FERDINAND. IMP.  
tranquillitas, ipsorum animan-  
tium habitudo & inanimatarū  
rerum uigor, in nouam, ex tri-  
sti, in letissimam formam com-  
mutata uidentur & reuiuiscere,  
uno uero iustæ laudis officio de-  
ficere, miraculo stupefacta, quod  
uniuersitas Christiana animo-  
rum consentienti iudicio, dispa-  
ri uocis acclamatione, memori-  
agn tuam posteris inculcare co-  
gatur; cum & R V B L I C A . H I-  
L A R I T A S . E T R P A L L O R  
G E N T I V M uno omnium ore di-  
caris. Saluteligitur, ò AVGVSTE  
P. F. aue FERDINANDE Im-  
perator, princeps D E S I D E-  
R A T I S S I M E , cuius in genus  
humanum collata beneficia &  
merita ingentia, neque, quas  
de te non obscurè concepit nis-  
spes

spes nobilissimæ, ut ingenti inge-  
nuiq; omniū mortaliū pudore  
gratulationes & ingenia uincūt,  
ita & gloria tua exsuperat confes-  
sionē illam eterñā, qua ex alto ti-  
bi infusam, Deo acceptam refer-  
re, & cœlestis eius munera usum  
fructū saluberrimū testificari ge-  
stunt homines undiq; pientissi-  
mi. Quocirca bene humana so-  
cetas decreuit gratias cùm ob id  
instissimas, sed satis magnas age-  
re nō queat diuinę clementiæ ta-  
mē habēdas quas possit maximas  
VII virorū ordini nobilissimo:  
qui cū & dare sacrosanctæ Maie  
satis dignitatē & eripere posset,  
comitijs sempiternæ memoriæ  
dignissimis, te attollendū & or-  
nandum suscepit, simplicitate,  
cordia & religione tata, quan-

ta à condito orbe nulla peracta  
alia auditum fuit: ijs certè nullo  
liuore extractis aut foedatis, non  
ambitu corruptis, neq; præcipita  
tis metu, Reip. bonum, hac inu-  
sitata prorsus ac mira celeritate  
accumularūt. Agātur itaq; gratiæ  
principi huius Senatus DANI-  
ELI, magnæ Ecclesiæ, & augu-  
stissimæ apud Moguntios maxi-  
mo Pontifici: uiro in Dei caussis  
consilia assiduis cogitationibus  
euigilata uersanti, & desiderij e-  
rectioris, ei à quo nomen habet  
simillimo. Hic enim æquè ac al-  
ter, temporum trium ratione  
probatus, cum florenti Repub.  
floruit, perturbatæ pacem pro-  
curauit, & demum nutanti non  
defuit, cùm seuera gestus & oris  
sermonisque naturali grauitate,

tum

tum exculta per omnem ætatem  
& ciuili moderatione innata;  
quibus pietatem & æquitatem  
tuam, ex sua & propria metiens,  
te Imperio dignissimum declara-  
vit. Debentur haud minores A N  
TONIO, qui illustri familiæ vir-  
tutis excellentis ornamenta o-  
mnia superaddidit, apud Agrip-  
pinæ Coloniam uerus sacrorum  
rex, fulgore rosei uultus ama-  
bilis, uigore liberalis animi nobis  
eruditis apertisq; moribus cla-  
ris, qui dignitatè tuā plenis buc-  
cis & firmis lateribus afferere ui-  
sus est, ac eo quo flagrat ipse, religi-  
onis ueræ & synceræ afferendæ stu-  
dio, summoperè cōmēdare. At  
qui tibi quas iure soluimus, quan-  
do excogitari plenè poterūt grā-  
tarum actiones? O A N N E S

præsenti Dei consilio atque ineffabilis clementiæ diuinæ testimoniō huic seculo donatae Prin-  
ceps i. qui Treuerorū sanctitatis & antiquitatis laude celebratissi-  
mæ sedi præfectus, ab ipso Deo  
apud omnes in maxima gratia  
positus, Senatoriæ huius digni-  
tatis supremum decus, quantum  
nunquam antea uisum fuit, nu-  
meris suis exprimis uerius: adeò,  
ut sacrati VII uiri amplitudinem  
omnem te explesse, maximorū  
uirorum iudicio cognitissimum  
sit & contestatum. Tu enim in  
omni genere doctrinarū excul-  
tissimus, nullo eloquij fastu, hu-  
manitate semper & virtutis ho-  
nesto studio supra cæteros eni-  
uideris, natura erudita & tem-  
pestiu[m] parsimonia, lauta ad ni-

torem non ad copiam declinan-  
te frugalitate præeditus, alioqui li-  
beralis, in hospites benignus, er-  
ga dignitate doctrinæ claros ap-  
proximè hilaris, officiosus in affli-  
ctos; pijs largitionibus sumptuo-  
sus, longè omnium, omnis uirtu-  
tis magnificentissimus æstima-  
tor. Securæ autem & opinæ pa-  
cis consilia, atque aduersus inte-  
stinas discordias in CAESARE  
cum eniteſcere robora atquere-  
media certa uideris, quæ optato  
contigerant, ut meritò debent,  
ad summi honoris fastigium eue-  
nisti, uoce, manu, spiritu prom-  
pto atque indefesso. Grata cer-  
tè & omni deuotione excolen-  
da erit eius diei recordatio, quæ  
in omnem æui posteritatisque  
memoriam ſeſe extendet, quo tu-

AD FERDINAND. IMP.

MAXIMILIANE pietatem atque in patriam & parentem debitos affectus regere, atq; eo quidem modo sermones tuos et nutus omnes temperare potueris, futurisque seculis ita accommodare, quod non tam ad elegantiorum hominum stateram, quam ad popularem trutinam examinati, omnibus probandi & imitandi uideantur. Nam tunc commodo Reip. & familię decore, ut par est, hilaratum te omnes nouerunt mortales, & officia te præstitisse utriq; ea perspicuum est, quæ Boiohemorum Regem inclytum exornarent, cōmendarentq; Augusti filium. Maestate uirtute Deum soboles, quando quidem deus & salus tua, ipsi Deo curæ non esse nequeat, & illud inuidia nulla

nulla tibi possit auerti unquam.  
Quoniam uero æquatio am-  
plissimæ dignitatis, potestatis  
sacrosanctæ paritas, animorum  
diuinorum illa concordia fuerit  
huic ordini & est præclara &  
insignis, diuidere inter eos gra-  
tam uoluntatem aut meritam,  
aut uni magis altero persol-  
vere nequeant mortales, id-  
eo quicquid alterutri deferatur,  
iure prelletur omnibus oportet:  
præcipuum autem hac in par-  
te, ius fato quodam suum, uen-  
dicat sibi AB THOHO  
HVNDR EYCHVS ille,  
Francico sanguine & præalta  
Palatina stirpis propagine, ui-  
ta omni grauissimus & genero-  
sus Princeps: qui exemplis ad æ-  
ternam famam perdurantibus  
amo-

AD FERDINAND. IMP.  
amoris sui erga te testimonium  
amplissimum reliquit, atque in-  
credibili quadam benevolentia,  
qua authoritatem tuam comple-  
xus est, honores diuinis proximi-  
ores deuineto animo contulit:  
qua una re, & maxima laude te  
in primis, ipsum autem Diuum  
**F R I D E N R Y C H V M** patruum  
ingenti lætitia proculdubio cu-  
mulauit. Nam is dum hæc uidit,  
gauifus est è cælo: & pridem uo-  
catus ad sidera, crescere se in pa-  
trueli ea fidei constantia qua sem-  
per te coluit sanctissimus ille spi-  
ritus sibi persuadet, & gloria tua  
**A V G V S T E** ad altiora scan-  
dere. Sufficerent forsan apud  
**A V G V S T V M**, Saxonū de-  
gia gente bellicosissimi populi  
dominatorem, gratianimi per-

-OMNIS

pau-

paucula indicia, quandoquidem  
publico huius seculi iudicio, is æ-  
quitate, clementia & populari  
humanitate principum longè o-  
ptimus censeatur, qui benè face-  
re, quam speciosis uellicationi-  
bus aures prebere lubentius sole-  
at non sufficeret Recip. si quis  
etiam instruētissima oratione, ac  
ceptum & eximium huius stu-  
dio assecutum beneficium dilau-  
dere posset, quoniam animi ple-  
bis luculentissimum & fortuna  
studenti deuicta, partum AV-  
SVSTUOSI FERDINAN-  
DI decus, summa gratia hic pro-  
secutus sit, & suffragio suo auxe-  
tit mirum in modum. Nec mihi  
est iucundam fore crediderim  
IOACHIMO Brandenburgiol  
pietatem, qua eximia, qualem  
qua-

qualē cum debitā nō possit con-  
fensus publicus agit gratiā, ne re-  
tulisse omnino nullam uideatur.  
Hic nem pē Romana in dōle illu-  
stris, patriæ spiritu & titulis insi-  
gnis, ut uarijs & pertinacissimis  
Turcicę gētis bellis insuefactus, la-  
borisq; audiūs, ad quæq; militiae  
munera capeſſenda paratissimū  
& promptū ſe exhibet, & inter  
grauiſſima, quę arduę uirtutis ex-  
preſſit, nō conténendo nūc con-  
ſilijsq; pleno exēplo te Imperatorē  
dō A V G V S T E P. F. elegit, ut cru-  
deli infamiæ onere, ab iniqua &  
barbaris addictiori fortuna impo-  
ſito, Christianū nomē aliquando  
releuare poſſit Legatus tuus. At  
quid ego ſe moliar' ne amplius cœ-  
leſtem fauorē & in genus huma-  
num Dei clementiam ex prime-

-sup

re

re infans? Num gratulationes  
præsenti felicitate AVGUSTI  
excitatas proferre, copia destitu-  
tus? Num eas quas neq; animo-  
rum neq; fortunarū opes pleno  
snu effusæ explere possunt, spe  
aliqua amplificationis gratiarū  
actiones, extollere? abuterer ad  
hoc certè exquisito quodā, lepō-  
te acuenuitate dicēdī: sed cum in  
ter cœlestes maiores nostros (qui  
sub oculos hominū uenire nō so-  
lēt) et uobis opinio et insuper gra-  
tulationis publicarū adfuisse non  
negauerim, contendamque in  
ipsa gratiarum actione apud De-  
um multis ipsos fuisse, & esse ad  
huc plurimū ex ipso rerum statu  
doceri possit. nec minus fouēdo  
Reip. bono, benefactoq; priuato  
eternādo, alacres extare, finem  
di-

144 AD FERDINAND. IMP.  
dicendi ipse faciam, & si oratio  
hæc nostra forsitan uis sua non ea-  
reat, qua orbis totius spiritum  
resusciteret, quem obieus tui AV-  
GVSTE rumor damnatissimus  
enecearat. illud quoque scriptum  
meum inter spem & metum ab-  
ortu effusum, publicæ huius no-  
stræ urbis inclytæ BASILEÆ  
(qua ab ipso exordio imperi-  
tui, occupata adhuc gestire vi-  
detur) gratulationi dcessit halid  
debutit, nec potius quidem sero,  
cum etiam sero iugementum ad  
hortapetetur cunctantem me CLAV-  
DIVsq[ue] BAVIMA, Vespon-  
tiorum Antistes, uiuaci & clara  
ingenio excellēsitem RUDOL-  
PHVSI Spirensisq[ue] MICHAEL  
Merseburgensis, non omni tuq[ue]  
distrinuit utrum ornatū & ad-  
-ib mi

miranda pietatis & doctrinæ ex-  
cellentia laudatissimi Principes,  
qui rogando cogere videbatur.  
Par imperiū sensi, cū præcepto-  
res instarēt mihi, Scholę nunquā  
satis laudatę huius nostrę Rector,  
**IOANNES SPHYRACTES,**  
uir amplissimus: & **BONIFACI**  
**VS AMERBACHIVS** legū e-  
gregius interpres. Negassé pcul  
dubio parentib. si uiuerēt, quod  
ijs nō dare ausus haud fui, qui mie-  
titis & beneficijs maioribus, uicē  
ipſorū mihi explent, **DANIELI**  
**MAUCHIO, HENRICO PE**  
**TRI, & OPORINO**, viris opti-  
mis undecūq; cōparandis. Perui-  
cit aut̄, ingenuè fateor, horū ala-  
critas, ne aliqua ignavia onus tan-  
tū recusasse uiderer. Sentio tamē  
sermonis huius mei gressus fir-

K ma-

146 AD SERBINANDI M.P.  
marium eo quidē limite, quo inde  
etus pia clementate non modī  
psum hæcere, verumetiā omnē  
artē, omnē uim dicendi sibi con  
sentaneū sit. Suscepi autem hunc  
Deum testor, non ut turpi aliqua  
assentatione demereretur opē tuā  
AVGVSTE, quā imploro con  
tra iniquiorē fortunā, ac eam quā  
maximis & pijs vigilijs, inq; Ger  
maniæ laudē exantlatis perplu  
timis laboribus cōcitaui inuidiā,  
uitæ fortunarumque mearū pe  
riculo; suscepi aut̄ eū (inquam)  
quod certus erā, in literas ire nō  
posse exemplū, quod ad glorię &  
mulationē excitaret posteritatē  
magis, aut desiderio pietatis in  
flamaret ardentius, quam si con  
gregatas tuas virtutes, ei spectan  
das uersandasq; animis & mani  
bus

IMPERANEGFRICVS  
bus tradidissā Dabis igitur uenīā 147  
AVGVSTE P.F. & omniū Do  
minus, amoris huius mei frigide  
qué laudationis cōtumeliā perfe  
res, aut ea qua p̄reditus es mode  
stia, aut certe VVV. CCC. IONAE  
SELDII & ZASII intercessio  
ne placatus. Diuinos nāq; homi  
nes prædes statuo tibi, quod post  
hac immortaliitatē factorū tuorū  
officijs sempitemnis colā, mēū o  
ciū, omne negociū in exornādis  
reb. tuis & celebrādis lubēter po  
nā. & ô fœliciter suscep̄ti mei la  
bores: quib. spei Reip. firma sola  
tia compræhendentur. Quanto  
stupore insequentium sæculorū  
audiar, cū de te, inaudita antea,  
admirāda nobis, at nō imitabilia  
posteri Cōmentarijs Efflorescē  
tis Germaniæ meis inscripsero?  
cum Fastis Orbis & Vrbis, fœlici

AD FERDINAND. IMP.

148  
tatis renascentis & in imminēsum  
ex crescētis prodigia, uera ratioci-  
natione, inferuero? Cōpensabo  
statim, cōfide AVGUSTE P. F.  
iniuriā tibi hāc, aut cū ipse dixerō  
de te quod legendū, aut Poefim  
argumētis & Historiā fide dicēdi  
locupletauero. At, ô Deus, quāta  
hāc iactātia? proficiscitur aut ea  
omnis non ex inani, quā omnē à  
teneris exofam habui, impuden-  
tia, sed ex maiestatis tuæ plenitu-  
dine illa profluit. ex qua glorię la-  
tices dulcissimos hauriri cogun-  
tur, qui eam penitus contéplan-  
tur, ut inebriati demū, in uoces  
instructioris audacię prorūpant.  
Verbū igitur adderē amplius nul-  
lum: quoniam uero, ut ille ait,  
Τὰ μιγάλα δῶρα τὸ τύχαντες φέρε,  
& amor Christianus, res sit sol-  
liciti

liciti admodū timoris plena, ea-  
que que à Deo profecta splendi-  
dè, sunt periculo summo plerūq;  
cōiūctiora, ob id, quod quicquid  
in mortaliū genere erectius est,  
ut diuina euertatur: aut in prospe-  
ritatis culmine cōstitutū, igne e-  
xaminationis probari sepius con-  
sueverit. Igitur omniū uotorum  
nūcupatione, meisq; ardentissi-  
mis precibus, à te conditore uni-  
uersi & patre luminū, à quo o-  
mne datū optimū, omne donū  
perfectū proficiscitur, deposcen-  
dū duco, ut illud quod benigna  
lalgitate ad nos ex te promana-  
uit, æterna tua luce illustratum,  
fulgore proprio & splendore exi-  
mio propositū, disiecta interna  
caligine, et cōfirmata animi acie,  
tuo nutu intueri & agnoscere

K 3 possi-

AD FERDINAND. IMP.

possimus ac ornare uelimus, ob  
nomen tuū, quod tam sanctū &  
ab initio rerū, operū tuorū maiestate  
tam clarū fuit. Propter etiā  
imperiū, quod in nobis iam uiget  
certa spe & solatio pietatis tibi  
probatę et trāquillitatis fraternę.  
Destinato namq; tuo consilio &  
supercoelesti miseratione tua ex-  
optatū accepimus Imperatorem  
quem tu misisti, fac uotis ad arbitriū  
tuū cōpositis sequamur prae-  
euntem, cui fames spiritus, tanto  
quippè magis curæ erit, quanto  
affluētia terrenę copię hactenus  
neglecta fuit. In nouata quoq; per-  
te uniuersitate, deinde recōcilia-  
tis tibi, da nobis, ô bone, καύσια,  
qua atrocissima Rerum pub. uul-  
nera semper occalluerūt, cum in-  
sidiarū & ambitionis ueneno flo-

ren-

rentissimæ quæq; perierunt. De-  
pele autem omnis ignorantia &  
non grati animi mala, tu qui ad  
sum mū semper tertiū bonum, qui  
ad pacis ueræ & tranquillitatis  
sinceræ cognitionē perducis, no-  
titiatur. C H R I S T E I B S V fili  
Dei sicut in quo salus & uita, pro-  
laberisq; mundi instauratio sem-  
perficit, et omnis eius assertio fixa  
permanet. Ut igit̄ capiti tibi me-  
ritò paret, sic regatur oro piorū  
congregatio, manu & digito tuo  
præpoteti, quē ceu Deū quendā,  
nomini tuo infensissimæ genti  
imposuisti: ubiq; illi, ac omni tem-  
pore esto præsens. Et tu, quæ uir-  
tus altiss. in omnia membra regni  
Dei te ipsum diffundis, alme Spi-  
ritus, septiformi gracia admirabi-  
lis, largire quæso, ut sapientia tua  
sq;

158 AD FER DINAND IMP.

edocti omnes discamus tandem si-  
pere Deo, desipere mudo: altiora  
minus curare, contēnere inferio-  
ra. Erit tūc, ut intellectu sano cō-  
pleteamur quæ fecisse oportuit:  
& nō tantū amplius studij pon-  
imus in ijs, quæ postrema, in diffe-  
rētia, tāquā speciosa ac ceu prima  
passim in cōtentionē producun-  
tur, fœda quadā animi discordia  
& immani sanguinis siti, que una  
cōfilijs tuis ad charitatē Christia-  
nam appositis sedari: quib, & ui-  
res & virtus rebus nostris contra  
Reip. hostes acquire poterūt: ne  
destituti omni scientia nomen  
gentib, & prostituisse videamur  
tuū, & collati in nos decoris glo-  
riam ultrò prodiisse. Adange  
igitur, ô sacer, pietatem erga Dei  
tatem tuam, simul cum ea quam

-obs

+ 21

pa-

PANEGYRICVS.

patrię, quā maioribus, quā proximis debemus, ut tādem cū A. V. GUSTO FERDINANDO P. F. Principe desideratissimo Resp. nō ferreo; aut omni adamāte duriore, sed casto timore seruiat tibi, cui ab amore proficisci et ad te, qui supra omnē eternitatem, une Deus, æternus es, tēdēti, ut gratia tua nunquā defuisti, nunc quoq; prospera desse uideris, sic in infinitum in perpetuumq; faustus ac fœlix adfis optamus.

AD SACRAM ET AV-  
GVSTISS. IMPERATORIAM MA-  
iestatem, Gratulatoria Guilhelmi Xy-  
landri Augustani, Ode.

*S*cribere doctis maxime uariibus  
AUGUSTE presens ßes  
patria & salus  
Nostra, unicum cantaberisq;  
Imperi columnen labentia

K 5 Gestas

Gestas perenni dicere carmine  
Res, arduorum factaque principum  
Divina, uiriumque cura  
Mercurialibus est poetis.

Exile nobis ingenium dedit,  
Lævoque Phœbus numine respicit,  
Laudes & Heroum recusat  
Ad citharam resonare nostram:  
Qui farre, mica qui tenet lucant  
Placare casto munere cœlestes  
Valent, nec aspernantur illi  
Innocue pia sacra dextra.

Ex tu Deorum proxime muneri  
Rue invocami propicium mihi  
Date mea numen Camena:  
Si pietat tibi grata nostra est.

Grati ne diuis non ego dicerem  
Sceptris potiro Cesare te sacrif.  
Ad gratulandum nec tibi me  
Publica leticia excitare?

Frustra pauentem. Nam tibi qua dies  
Consentienti consilio patrum,  
Et uoce concordi tenendum  
Imperiū dedit alma clauum,  
Et nomen Augusti, & merito sacram

Au

Autoritatem, iurisq; debitos  
Sceptroq; honores, amulumq;  
Cæliibus decus arrogauit:

Lucem reduxit splendida patriæ, &  
Oaro tenebrae lumine depulit,  
Tuusq; per sudum resplendi  
Rexit equos rutilante curru

Primum: & fugata tunc nimis redux  
Caligine, & uernum picea caput  
Ferrugine euoluit, coruscos  
Explicuit radiosq; victor,

Anie hac latenter nubibus horridis:  
Splendorem amœnum cum pater abdidit  
Facit Sol, eternamq; noctem  
Sollicita mequere gentes.

Eheu malorum pænitet, & pudet  
Tandem: quid atn non tulit hac mali?  
Quis nescit Europa nefandos,  
Deliciae Asia, rumiuus?

Quo quo furor, quo uera Deum ferox?  
Egù furentes? qua populis lues,  
Immisit intestina bella,  
Et rabiem exicium erahentem?

Quo ueritas, & cana fides, pudorq;  
Et prisca uirium fugerat, & quibus

Euro-

Europa terrarum supremum  
Artibus imperium parat? verba

Qualis procellis quassa furentibus  
Iactatur auro navis in aquore,  
Cum fracta pinus, & fasciuncle  
Assidui latera icta nimbis,

Undamq; rimis accipiunt gravem,  
Subsidit & iam uicta malis ratis,  
Mencemq; despondere natoe,  
Certaq; mori oculia oberrat.

Lata salubri cum subito face  
Proles sub acri nubibus emicat,  
Fulgenie qua flamma repenie  
Requores posuere fluctus:

Recumbit uidoq; unda minax sale,  
Et sensa ueni murmura concidunt,  
Salu & insperata uantus  
Consequitur benitace Diuum.

Sic publica iactata ratis rei,  
Summiq; circumuenia periculu,  
Tet praelys uenorum, & ictu  
Iam decimi uiclat a fluctus:

Præsent salutis Maxime te sua,  
Siduq; portumq; & columen uider:  
Hanc nulla te clamum tenente

Verba

Veret hyems pelago carinam.

Spectata uirius anè quidem tua est,  
Semper uigenie illustris adorua,  
Multosq; iam pridem per annos  
Ubere nobilitat a fructu.

Quid debeas Europa, quid opinio  
Acceptum feras res publica principi,  
Testantur immensum per urbem  
Nota eius beneficia regio.

Quid nam laboris, quid ne periculis  
Refugit, aut qua non mala periculis,  
Suis representatibus  
Cum patria caperet salutem.

Non seruituus triste ferocx ingurit  
Cetiucibus iam Barbaricus latro  
Imponere nosiris, grasesq;  
Teuthonibus domini imperarem?

Ni fortitudo Cesaris incliti,  
Sacra & lares defendere perniciare  
Sua arma crudeli, atq; ira  
Consilia opposuisse hosti?

Tu, cum nefasti dissidium gracie  
Turca secundum nota, cum multisibus  
Caibibus, reges & urbes  
Et populum implicuisse armis:

Con-

Contentionis lugubris arbiter  
Fidus monendo, consilio, et prece,  
Et cuncta tentando imminentem  
Perniciem patriae arcuisti.

Autor q[uo]d pacis frugiferatus  
Prudens fuisisti, dulci & occi,  
Republica semper petente  
Consulere in medium paratus.

Tu pacis idemq[ue], ex medium crucis  
AUGUSTE belli nudilis arbiter  
Togaq[ue] ei armorum, salutis sup[er] tua, ingens  
Praesidium, columenq[ue] nostra.

Hoc Imperatore laudego persidi  
Turca ferocei expaueam imperius  
Tutus, nec intellama tristis  
Experiari mala dira belli.

Iam iam redux possuminio redit  
Concordia, & iam pacis amabile  
Lumen, refert latit opimam  
Cana fides populi quietem.

Iam nunc proterua franalicensia  
Neglectus ante hac iniqtet pudor,  
Iam spreta virtutiu[m] honestas  
Viribus alma nite recepsis.

Suisq[ue] sanctis legibus est honor,

luris

Iuris renider suaue sacri iubar,  
Iam rursus inculpatam orum  
Integritas, probitatemq; fulgent.

Tandem beato copia ferilis  
Cornu reducta est, almaq; Faustitas,  
Quædamna fortunæ prioris  
Munere multiplici rependat. (ducis,

Nil FERDINANDI non pietas  
Augusta uirtusq; efficiet: Deus  
Quem rebus afflictis salutem  
Ferre, malis uoluit fugatis.

Auguste, felix, maxime principum,  
Nobis secundo nomine cælitum  
Donare, regna, uiue felix,  
Portus & aura cuius salubris,

Ad astra serus Dine reuertere,  
Terrasq; tardus desere: sed diu  
Superstites orbem temperato,  
Et patriam tibi granulante.

Hac nos precari conuenit, & tuis  
Sperare fretos auspicijs. Aue,  
Ei hoc crudis gratiam Camæna  
Manus habe pietatis ergo.


Errata ita emendabis.


Pag. 4. versu. 14. mā 7.8. intellectus 40. l. fine 46. 8. noxas  
9. spudia: 10. sceleras 59. 17. diutius 73. 13. suffragis 76. 7. potē-  
tis 11. 14. cōtingit, 97. 20. Zapolius 98. 13. solennibus.  
14. legitimus 107. 10. illa tua



2.

spiegel und  
Makulatur  
gelöst





Darmstädter  
Bibliothek

uit. Ergo quicq; columnis


Nr. Ausgang: 1975

I. Schäden: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15,  
16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46.

II. Behandlung: 1, 3, 8, 9, 11, 14, 15,  
25, 26, 37, 38a, 39, 40, 46.

AHKL

SLR



Cim.61